

SYMBOLVM D. PAVLI

EBERI K. PASTORIS VVITEBER

gensis, Desumptum ex Psalmi CXIX. dicto.

על דברי הימים
למלך המלכות




Αὐτὸς τὸ πρῶτον μου ὁ λόγος ἐστὶν ὁ θεὸς τῆς χάριτος μου.

IN tenebris huius per mille pericula vitæ
Nemo sapit, gressus ut regat ipse suos,
Quin sepe impingat fretus ratione, ruatq;
Non alia veram luce regente viam.

Tradidit ergo Deus sapiens duo lumina nobis,
Vultq; regi verbo pectora nostra suo,
Ut Pharios ignes nautæ, stellasq; sequuntur
Arctæas, media dum freta nocte secant:
Sic Evangelij tradens & dogmata Legis,
Omnibus in rebus nos iubet illa sequi.
Hos mundo ingrato binos Ecclesia lychnos
Præterdens vitæ multa pericla subit.
At licet impugnent Satanas, seuq; Tyranni,
Et miseram varia viq; doloq; petant,
Hoc & agant, gemini extinguant ut lumina lychni,
Aut manibus raptant comminuantq; faces:
Attamen insistens in CHRISTO rupe latente,
Permanet angelici munere septa chori.
Huic me coniungo fieri iuvat huius alumnum,
Hanc extra nobis non venit ulla salus.
Hæc mihi præluere Deus det lumina posco
Vtraq; per vitæ tempora cuncta meæ.

VITEBERGÆ Anno 1563.



© Herzog Anton Ulrich-Museum Braunschweig

